**Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg**

NÜRNBERG

## Bibliographische Daten

| | |
|---|---|
| Titel: | Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98 |
| Signatur: | Cent. II, 98 |

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

ea edificiorum moles indicant ruine inter
ceteras urbis conspiciende / Cum itaque tres
illos montes quos primum et solum in prima urbe a Ro-
mulo comprehensos fuerint seclusis ruinis vi-
dere poterit ea nuditas / quam Roma nondum
condita habuerit / Fuit ante in ea parte pal-
latii que septentrionem versus in triumphalem Con-
stantini imperatoris arcum vergente videmus /
ruine pallladii cuius insignes extant ruine / bi-
nas habentes ~~extra marmo~~ portas Eo in
murorum ambitu ecclesia sancti Andree de palla
ra concluditur / Ceteras partes alto circum
datas muro vinea implet / Celius mons a Celio
Vibenio duce (qui Romulo auxilio venit contra
latinum) nomen assumpsit / et fuit urbi additus quo
tempore Tullus Hostilius Albam euertit / et postea
ibi habitauit et curiam fecit que hostilia appellata
est / In eo monte Vespasianus templum divi
Claudii edificauit / fuerunt in eo fanum Veneris
et Cupidinis aliorumque deorum edes et te-
pla / Et macellum magnum / antrum Ciclopis
lupanaria / cohortes quinque vigilum / castra per-
egrina et armamentarium / Medio in eius dorso

bine aque ductus superbissimi operis conspiciuntur
Nunc ecclesiis christianis mons est ornatus
In ea parte ad palatinum montem vergente
monasterium est beati Gregorii in paternis edibus
ab eo edificatum / Inde sanctorum Johannis et Pauli
ecclesia / Est quoque in eo hospitale Saluatoris / et ec-
clesia sancte Marie in Dnica / Alteraque ecclesia
sancti Stephani rotunda de ipso monte Celio
cognomen habens / Ea in Fauni ede prius
fundata fuit / Simplicius papa eam exornauit
Cernitur nunc integra ad eius montis sinis-
tram sanctorum quatuor coronatorum ecclesia / sanctique
Erasmi monasterium / Proximum novi operis in
monte Celio est xenodochium lateranense / In ex-
tremo eiusdem montis iam est basilica latera-
nensis / Ea cognominata / quod in lateranensium
nobilissime gentis edibus extructa fuit / Hec
venerabilis ecclesia capita appostolorum seruat
ceteraque sanctimonia / edibusque superbissima structura
toto orbe celeberrima a Constantino data
beato Silvestro Constantiniana basilica appel-
lata / Ea sicut Romanorum pontificum primaria
est sedes / sic ab eis plurimum olim habitata fuit
Nunc vero pallatia quibus circumdata fuit ha